

uore quam juvenilibus annis acceperas; sic enim in Hebræo legitur: *Et lataberis de muliere juvenutis tue.* Alii, juxta compendium Hebræi sermonis, sic intelligunt: *Lataberis, supp. de filiis, et de uxore juvenutis tue;* vel *lataberis in filiis de uxore juvenutis tue procreatis;* et respondeat superioribus, ubi dictum: *Et gemas in novissimis tuis, cum consumpseris carnem tuam.* Cum legitima uxore gaudebis, videns carnem tuam in filiis suo modo renascentem: ut jam neque prolis gratia sit opus pluribus uxoribus (id quod patribus antiquis aliquando concessum fuerat), neque parum jucunde aut invidiose libellum repudiū dare cogaris; imò erit tibi *unica velut cerva amoris, et caprea gratiosa,* ut est in Hebræo, que moribus omnino similibus tibi fidem servat. Cervæ et capree, sive ibicis (ut Hieronymus hanc vocem יללית verit, 1 Sam. 24) similitudinem proponit, vel quod in delictis solet esse magnatibus hæc animalium species, vel quod prodium sit memorie in cervino genere maris et femine congressum nunquam fieri palam, sed esse secretum loco obscuro. Sequitur: *Ubera illius inebriabunt te.* Et quemadmodum illa numerosa prole te beatiorum subinde reddidit, ita tuus erga illam amor augetur: ut jam omnium aliarum oblitus usque adeo te cum unica sponsa objectabis, ut videaris illius uberibus, hoc est, amore et amplexibus, ebrius; hoc enim *uber* ex proprietate lingue significant; neque more eorum qui somno exultant temulentiam, sed omni tempore et jugiter, ut difficillimum sit modum tenere, et jam non sit periculum ne alienam quæras, imò cavendum ne nimio amore erres (ut est in Hebræo) et pecces in amore illius. Cum tam latum igitur sit discrimen inter insanas mulieris alienæ blanditias et honestissimæ conjugis amorem,

VERS. 20-25. — QUARE SEDUCERIS, FILI MI, AB ALIENA, ET FOVERIS IN SINU ALTERIUS? RESPICIT DOMINUS IN VIAS HOMINIS, ET OMNES GRESSUS EJUS CONSIDERAT. INQUITATES SUE CAPIENT IMPIUM (1), ET FUNIBUS PECCATORUM CONSTRINGITUR. IPSE MORIETUR, QUIA NON HABUIT DISCIPLINAM, ET IN MULTITUDINE STULTITIÆ SUE DECIPITUR. Hebr. : *Quamobrem errabis, fili mi, cum alieni, et quare amplexaberis sinum extraneæ? Cum coram oculis Domini sint via viri, et omnes semitas ejus ponderet. Iniquitates sue capient impium, et funibus peccatorum sui inebriabit. Ipse morietur absque disciplina, et in multitudo stultitiæ sue errabit.* Facili comparatione et collatione vite cum extraneâ muliere, et cum legitima uxore, utriusque commodis et incommodis suo filio ob oculos propositis, infert: Cum ita se res ha-

(1) Sicut enim peccata, vincula et compedes, quibus peccator tenetur, et reus efficitur coram Domino non solvendo, nisi penas luerit usque ad minimum quadrantem. (Menochius.)

CAPUT VI.

1. Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam.
2. Illaqueatus es verbis oris tui, captus et propriis sermonibus.

ceat, quamobrem, fili mi, cum alienâ errare malis et delinquere, quam cum tuâ conjuge flicem docere vitam et honestam? Non initia, sed finis verum est spectandus. Exitus impudici amoris, qui mellis dulcedinem præ se fert in principio, quovis absinthio est amarior, et ad extremam miseriam perducit, quemadmodum superius exposuimus. Quod si inobediens filius nostra verba contempseris, si boni et mali, honoris et dedecoris, nullam rationem habens, posteritatis nullum desiderium, at saltem oculos Dei, quibus nihil est occultum, time, illius judicium contemisce.

Respicit Dominus vias hominis. In Hebræo sermo est *luculentior: Coram oculis Domini,* è regione vel in presentia oculorum Domini, sunt viae cujusvis viri, ne putes vel te latere si inhonestè vivas, vel Dominum laborare investigando quid agant homines. Nam si soli huic, quæ creatura Dei est, omnia sint exposita, ut illius radios nihil lateat eorum que super terram aguntur, quantum magis infinite divine cognitioni omnia esse aperta credendum est?

Omnes gressus hominis considerat, vel vias ponderat; hoc est: Actiones velut aquâ libra trutinat, mox redditurus unicuique juxta opera sua. At tu fortasse vis crediblem putas ut in tantam malefactorum turbam manus injiciat; illi deesse satellites putas qui suo tribunali sistant maleficos; aut vincula et custodias, quibus impiorum multitudinem coerceat. Suis sceleribus veluti quibusdam trulentis satellitibus capitur impius, et funibus suorum peccatorum veluti compedibus constringitur. Noli cogitare de fuga: nam quomodo cumque incedit iniquus, vincetus suis iniquitatibus incedit ad certum supplicium, non leve ali-quod, quod pretio possit redimi, aut facile condonari favore judicis. Non agitur de fortunâ aut corporis aliquâ parte truncandâ, sed de animi vitâ aut interitu. Quicumque enim ad postremum illud Dei judicium venerit iniquitatibus suis colligatus, morte plectetur æternâ, quod disciplinam contempserit, rectè momentibus non obtinperaverit. Insignis stultitia et multiplex, pro momentaneâ voluptate vitam amittere. Quod ne tibi, fili, usu veniat, oculum Dei et judicium time. Quæ juxta sensum historicum de conjugio honesto explicavimus, ad spirituales nuptias facile poterunt applicari, quas vel mecum cum carne, vel filius Dei cum naturâ humanâ contraxit, aut denique ad sapientiæ et sacrarum litterarum studia, quibus copulati copiosam prolem procreare possimus, idque cum solidâ et semper virente voluptate. Id quod ut omnibus concedatur, et singulis pro talentorum ratione et functione, quam in Ecclesia Dei obtinent, orandum est potentissimum et ardentissimum animarum nostrarum sponsus Dominus Jesus, cui sit omnis honor et gloria.

CHAPITRE VI.

1. Mon fils, si vous avez répondu pour votre ami, et que vous ayez engagé votre main à un étranger.
2. Vous vous êtes mis dans le filet par votre propre bouche, et vous vous trouverez pris par vos propres paroles.

5. Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurrere, festina, suscita amicum tuum;

6. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebre tue;

7. Erueque quasi damula de manu, et quasi avis de manu aucupis.

8. Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam;

9. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,

10. Parat in æstate cibum sibi, et congregat in messe quod comedit.

11. Usquequò, piger, dormies? quando consurges è somno tuo?

12. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, ut dormias;

13. Et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet ut fons messis tuæ, et egestas longè fugiet à te.

14. Homo spoliatus, vir inutilis; graditur ore per-verso;

15. Annuit oculis, terit pedo, digito loquitur;

16. Pravo corde malinatur malum, et omni tempore jurgia seminat.

17. Huic exemplò veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

18. Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus:

19. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem,

20. Cor curcuchinas cogitationes pessimas, pedes veloces ad mendandum in malum,

21. Profertentem mendacia testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

22. Conserva, fili mi, præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.

23. Liga ea in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo.

24. Cum ambulaveris, gradiantur tecum; cum dormieris, custodiant te; et evigilans loquere cum eis;

25. Quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vite increpato disciplina;

26. Ut custodiant te à muliere mala, et à blandâ lingua extraneæ.

27. Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec captaris notibus illius;

28. Pretium enim scorti vix est unus panis: mulier autem viri pretiosam animam capit.

29. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant?

30. Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus?

31. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.

32. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit; furatus enim ut esurientem impleat animam.

3. Faites donc ce que je vous dis, mon fils, et délivrez-vous vous-même, parce que vous êtes tombé entre les mains de votre prochain. Courez de tous côtés, hâtez-vous, et réveillez votre ami.

4. Ne laissez point aller vos yeux au sommeil, et que vos paupières ne s'assoupissent point.

5. Sauvez-vous comme un daim qui échappe de la main, et comme un oiseau qui fuit d'entre les mains de l'oiseleur.

6. Allez à la fourmi, paresseux; considérez sa conduite, et apprenez à devenir sage.

7. Car, n'ayant ni chef ni maître ni prince,

8. Elle fait néanmoins sa provision durant l'été, et elle amasse pendant la moisson de quoi se nourrir.

9. Jusqu'à quand dormirez-vous, paresseux? Quand vous réveillerez-vous de votre sommeil?

10. Vous dormirez un peu, vous sommeillerez un peu; vous mettrez un peu les mains l'une dans l'autre, pour vous reposer;

11. Et l'indigence viendra vous surprendre comme un homme armé. Que si vous êtes diligent, votre moisson sera comme une source abondante, et l'indigence fuira loin de vous.

12. L'homme apostat est un homme inutile; ses actions démentent sa bouche;

13. Il fait des signes des yeux, il frappe du pied, il parle avec ses doigts;

14. Il médite le mal dans la corruption de son cœur, et il sème des querelles en tout temps.

15. Sa ruine viendra fondre sur lui en un moment; il sera brisé tout d'un coup, et sa perte sera sans ressource;

16. Il y a six choses que le Seigneur hait; et son âme déteste la septième:

17. Les yeux altiers, la langue amie du mensonge, les mains qui répandent le sang innocent,

18. Le cœur qui forme de noirs desseins, les pieds légers pour courir au mal,

19. Le téméraire trompeur qui assure des mensonges, et celui qui sème des dissensions entre les frères.

20. Observez, mon fils, les préceptes de votre père, et n'abandonnez point la loi de votre mère.

21. Tenez-les sans cesse liés à votre cœur, et attachez-les à votre cou.

22. Lorsque vous marchez, qu'ils vous accompagnent; lorsque vous dormez, qu'ils vous gardent; et en vous réveillant, entretenez-vous avec eux;

23. Car le commandement est une lampe, la loi est une lumière; et la réprimande, qui retient dans la discipline, est la voie de la vie;

24. Afin qu'ils vous défendent de la femme corrompue, et de la langue flatteuse de l'étrangère.

25. Que votre cœur ne conçoive point de passion pour sa beauté; et ne vous laissez pas surprendre à ses regards;

26. Car le prix de la courtisane est à peine d'un seul pain; mais la femme captive l'âme de l'homme, laquelle n'a point de prix.

27. Un homme peut-il cacher le feu dans son sein, sans que ses vêtements en soient consumés?

28. Où peut-il marcher sur des charbons ardents, sans se brûler la plante des pieds?

29. Ainsi celui qui s'approche de la femme de son prochain ne sera pas pur, lorsqu'il l'aura touchée;

30. Ce n'est pas une grande faute qu'un homme dérobe pour avoir de quoi manger, lorsqu'il est pressé de la faim;

PEN, PARAT CIBUM SIBI, ET CONGREGAT IN MESSE QUOD COMEDAT. Hebr.: *Vade ad formicam, o piger, vide vias illius, et sapiens esto.* Cui non est profectus, exactor, aut dux, *colat parare in estate panem suum, colligit in messe cibum suum.* Facilis est intelligentia horum versuum, quibus ab otio et pigritia revocatur suum filium Sapiens. Atqui in hunc sermonem post superiora recte divertit, in quibus de sollicitudine et vigilantia facta est mentio, virtutibus videlicet patrifamilias maxime necessariis. A formica capit exemplum, à qua superari turpe fuerit hominum praeditum ratione, natum ad laborem. *Vade, inquit, quisquis es otio torpescens, nullo aliorum hominem exemplo, neque agriculturalum, neque artificum provocatus, ad formicam saltem, minimum inter cetera animantia: vide vias ejus, quantà sedulitate veterum tempestive parat in sequentem hiemem; ut si non meis verberis, non aliorum exemplis, saltem illius industriam considerans, sapiens evadus: vel, sapiens eris, imperandi modus pro futuro: ut tuâ sponte et nullâ necessitate coactus honestis studiis et bonis operibus animum applicare queas, antequam egestate premaris et inopiâ. Si hoc animal usque adeo exiguum, cum ducem non habeat qui viam praemonstrat, neque exactorem (ut est in Hebræo) qui pensum operis cogit reddere, nec denique principem, qui castiget et torqueat inertem; nihilominus parat in estate panem suum, provida futuri, congregat in messe cibum suum, ut parvis fruatur rebus, cum contristari Aquarius annuum (ut inquit Florianus), magno studio unidique colligens grana, et recedens tantâ providentiâ, ut servari possint; subinde ad solem exponens annonam, si quando putrefactionem timet; et sub tempore sementis veritâ ne reascantur grana, molliter corrodere perhibetur: neque omnia statim devorat, sed paulatim, temporis rationem habens, nobis in memoria revocans illud: *Venit nox quando nemo potest operari*, Joan. 6:*

VERS. 9, 10, 11. — USQUEQUE, PIGER, DORMIES (1)? QUANDO DORMIRES E SOMNO TUO? PAULULEM DORMIES, PAULULEM DORMITABIS, PAULULEM CONSERES MANUS TUAS, UT DORMIAS (2). ET VENIET TIBI QUASI VIATOR EGESTAS (3), ET PAUPERIES QUASI VIR ARMATUS (4). Hebr.: hunc locum Clemens Alexandrinus et S. Hieronymus, et quidam alii.

(1) *Surgit, qui dormis (in vitibus peccatis scilicet), et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Ephes. 5, 14. (Bossuet.)

(2) *Vox תנומת, tenumat, significat dormitationes, id est, propensiones in somnum, cum homo dormituri et incipit niectare et dormire: q. d.: Dices mihi, o piger: Suias, queso, o ergodicta, oprumque exactor, me pariam dormire; aut, si hoc nobis, saltem dormitare: ego enim dormituro. Cui respondet: Non tantum ex profundo longoque somno, sed etiam ex crebra hac dormitatione, cui assuevit, securitatem egestatem. Et veniet, inquit, tibi quasi viator egestas, etc. Septuaginta: *Paulum quidem dormis, paulum autem sedes, pariam autem dormitas, paulum autem amplectis manibus pectora.* Desides enim nunc jacet dormituro, nunc sedent oblaturo, et utramlibet facturi inertes manus inertis applicent pectori. Unde Syrus vertit: *Pone manus super pectora tua.* (Corn. à Lap.)*

(3) *Improvisa, inexpectata.* (Bossuet.)

(4) *Acer, infolentis, nec nisi vi et industria domo*

Parium somnorum, parium dormitationum, parium complexus manuum ad jacendum, et veniet ut viator paupertas tua, et indigentia tua ut vir elypei. פולולת paululum potest verbaliter accipi et verti: *Minus somnos, minus dormitatonem, minus complexus manuum.* Exemplum formice fugiamus oportet otium, nisi velimus ad pauperitatem et inedia redigi. Quod ne suo filio assueveniat, acriter commonefacit, et quasi dormienti instaret, e somno excitaturus hominem, clamat: *Usqueque, piger, dormies? quando e somno tuo surges?* egregie ob oculos ponens somnolenti et pigri hominis scordiam, qui nullum sibi prescribit jacendi tempus, sed frequenter expergefactus, rursum in saporem labitur; et dum nullis rebus honestis intendit animum, totos dies sterit atque noctes. Cum tamen ita naturâ comparati sumus ut haud ita magno aut prolixo sit opus somno; imò pariam somni (ut est in Hebræo) sup. opus est, pariam dormitationum, est quæ complicitio manuum: ad dormiendum, cum conjuge subaudiunt Hebræi, ut alibi scriptum est, tempus alexandri. Eccl. 5: vel simpliciter morem pigri hominis expressit, qui in alios usus manus non videtur habere quam ut dormiendo sua latera complectatur.

Et veniet quasi viator egestas. Hujus versiculi duplex est sensus. Primus, ut ex precedentibus pendet, ad hujus hominis pigri aedes et familiam venit paupertas, et inopia omnium rerum, quasi viator, hoc est, magnâ festinatione.

Quasi vir armatus, sive, ut est in Hebræo, quasi vir elypei, aut vir scultus, hoc est, magnâ audaciâ et impetu, ut non possis obistere, praesertim dissolutus et molli somno assuetus; q. d.: Si per negligentiam et inertiam tuam obrepit tibi egestas, qui possis paupertatis tyrannidem ex aedibus ejicere somno indulgens, neque ullam artem honestam exerceas? Alia erit hujus versiculi intelligentia, si priorem quasi adnotationem intelligamus, sic: Noli somno indulgere, nam modico opus est somno, modicâ dormitatione, etc. Quod si feceris, non veniet egestas vel defectus nisi rarè, et obiter transit ut viator, qui non venit commemorandi causâ sed ut ulterius proficiatur. Neque rerum defectus veniet, nisi velut vir belli, qui vel nos excitat et cautions reddit, vel nos propagandi causâ et defendendi venit. Sic indigentia rerum, et annonæ charitas laboriosus agricolis quandoque contingit, quo bonis viris nihil aliud quam virtutis materiam subministrat. Prior explicatio est melior.

VERS. 12-15. — HOMO APOSTATA, VIR INUTILIS (1),

expellendus: ne tantum viatorem ultra aliorum cogites. Ille autem egestatis nomine, anime, suo ritio, virtute et gratiâ destituit, indigentia intelligitur. Si verò impiger fueris, veniet ut fons lapideus, inextinguatus, messis tua, et egestas longè fugiet à te: que desunt in Hebræo, habent Septuaginta. (Bossuet.)

(1) Quatuor qui sequuntur versibus describitur hominis nequam et perdit indoles, ejusque sors et exitus. *Homo nullius frugi, sceleratus. Vir vanus, nullus, qui alius malum machinatur, infra vers. 13. Peat. 7, 15. Asyntheton, quale est infra 22, 4, 5. Hinc Græcus Alexandrinus: Et contra, lege faciens. Est is qui ambulat tortuositate oris, qui in sermone non est constans; aliud dicit, aliud sentit, bene de presentibus*

GRADITUR ORE PERVERSO, ANNUIT OCVLIS (1), TERIT PEDE, DIGITO LOQUITUR. CORDE MACHINATUR MALUM, ET OMNI TEMPORIS REGIA COMINAT. HUC EXTENDIT VENIET PERMUTATIO SEA (2), ET SUBITO CONTERETUR NEC HABEBIT ULTRA MEDICINAM. Hunc locum Hebræi sic distinguunt per versiculos: *Homo Belial, vir iniquitatis, incedens per versutibus oris, annuit oculis suis, loquitur pedibus suis, docet digitis suis: Perversitates in corde suo machinatur malas omni tempore, lites mittit. Idcirco subito veniet calamitas ejus, repente conteretur, et non erit sanitas. Homo apostata, בללל Belial, Hebræicè composita dictio est, et variam habet etymologiam: Sine utilitate, vel juxta alios sine honore, significare potest, ut in sequentibus latius dicemus. Talis est piger de quo superior sermo tractavit. Sed ferè qui piger est et inutilis sibi et aliis, in alia majora vitia prolabitur, praesertim obtreactionem, quod Paulus vitio vertit junioribus viduis, que circumvenit domos, non solum otiose, sed et verbosæ et curiosæ, loquentes que non oportet, 1 Tim. 5. Verbosi, detractores, irrisores ferè sunt qui nullis honestis occupationibus applicant animum. Hinc Sapiens otioso et inutili homini hæc vitia attribuit, iniquus: Homo inutilis (est etiam ferè iniquus) graditur ore perverso; vel transiens, ut est in Hebræo, hoc est de malo in malum progreditur, usque adeo ut non solum corde et ore, sed singulari ferè corporis partibus perversè loquitur, nihil piùm, nihil modestum præ se ferens; sed oculo nutat, pede loquitur, etiam digitis docet. Quamvis perversitates loquatur ore et mendacia ad subversionem audientium, 2 Tim. 3, nihilominus tamen more qui eorum veritatem asserunt, oculis suis et vultu constantiâ sermonem nititur confirmare, et pedum suorum incessu, hoc est, modesti corporis habitu, et gravitate personæ, digitorum denique motu veritatem tegit. Homo iste Belial, hoc est, sine*

bus, malè de absentibus loquitur; talis enim in iis que sequuntur describitur. R. Levi explicat, *loquitur mendacia.* Gejeres non tunc orationis perversum usum in convitiis, mendaciis, adulationibus, quum potius sanarum generâ et gestum oris minuciam ad deridendos homines distorti, designari existimat. Quod nescio, annon sit levius et tenuius, cum in iis que subjunguntur, homo qui aliis nocere studet, describitur. Verbum

hic constituitur cum accusativo nominis ejus, quod locum denotat, per quem quis ambulat, ut Deut. 1, 19; et 2, 7. Job. 29, 5. (Nam constructionem Græcus Alexandrinus imitatur, qui reddit: *Perambulavit vias non bonas.*) Ceterum, ut de propositionis nexu constet, posterioris membrum commatis habet subjectum, prius vero predicatum, adeoque duo termini enuntiationis sunt transpositi, ut vers. 25, et vers. 20. Quod facile loquitur ex sequentibus, vers. 13, 14, 19, ubi de eo qui oris sui perversitate dissidia inter fratres excitet, ex instituto agitur. Hæc Michaelis.

(Rosenmuller.)

(1) Verbis parit, nutibus loquitur, ut arcana tacenda recitetur: quales ardeliones illi turbulenti homines, fraudum ac nequiarum artifices, qui negotiis quibusque se immiscunt, ut rerum omnium que aguntur gnari; hinc annunt oculis, tenent alteri pedem, aut sinceri, nil candidi: unde rixæ et jurgia, ut in sequentibus habetur.

(2) Retectis nebulonis fraudibus, atque omnibus quos decepti in eius perniciem aequè conspirantibus. (Bossuet.)

utilitate, vel sine honore, vel, juxta D. Hieronymum, sine juro; aut apostata denique, qui sui desertor instituti, nullis rectis intelligitur quam hæreticus, qui oculis suis, hoc est, scientiâ Scripturarum, pedum incessu, id est, piis affectibus, et digitorum motu, hoc est, bonis operibus, que sunt vestimenta ovium, pietatem simulare noverit; cum in corde perversitates habeat et malum machinetur, lites et dissensiones facile mittit inter fideles. Quod sequitur (juxta Hebræum) *perversitates in corde suo machinatur malus*, veritati videlicet contrarias, idque non leviter, neque per occasionem, sed semper et perpetuò talibus studiis incumbit. En tibi finem et exitum quò pertrahit pigritia, nempe ad seminandum discordias inter fratres. Sed ulterius non proficit, imò subito veniet infirmitas, repente conteretur ad instar vasis fictilis, ut nullo modo possit sanari, hoc est, instaurari; q. d.: Honestis studiis et artibus impiger animum applica si non virtutis amore, quod boni faciunt, ad saltem formidine poenæ, ne paulatim à vitia declinans ad extrema malorum pervenias. Quorum aliquot sequens lectio declarat.

VERS. 16-19. — SEX SUNT QUE ODIT DOMINUS ET SEPTIMUM DETESTATUR ANIMA EJUS: OCVLOS SUBLIMES, LINGUAM MENDACEM, MANUS EFFUNDENTES INOXIUM SANGUINEM, COR MAGNANS COGITATIONES PESSIMAS, PIES VELOCES AD CURRENDUM IN MALUM, PROFERENTEM MENDACIA TESTEM FALLACEM, ET EUM QUI SEMINAT INTER FRATRES INSCORDIAS. Hebr.: *Sex ista odit Dominus, et septimum abominatio anime illius, vel septem abominaciones anime ejus.* Cum superius facta sit mentio malorum viri Belial, ad que per otium et pigritiam solent homines devenire, et meritis poenæ luere, catalogum gravissimorum criminum subjicit, inter que vel omnium gravissimum et quod Dominus execratur maximum, est lites seminare inter fratres. Sunt qui sic exponunt locum: *Et septimum detestatur anima ejus.* Septem esse abominaciones, videlicet, ubi ad sex priora septimum illud accedit, omnia prorsus reddet execranda. In oculis elatis superbiâ exprimit, quod oculis fastus quidam et arrogantia potissimum declarat; quod malum vel in quovis homine, quamlibet ceteros seu corporis doctibus suo animi bonis præcellat, vehementer detestandum est: nam terra et cinis qui possit superbiere? Ab oculis, qui inter sensus supremum locum obtinent, ad os et linguam descendit, quam juxta Hebræismum, non linguam mendacem, sed mendaciam appellat, quod vitium Deo maxime adversatur, qui est ipsa veritas. Tertium locum habent manus, quas habemus ad juvandos alios, ad tuendos innocentes, quibus si quis usque adeo abutatur ut non solum damnum inferat, sed homicidium perpetret, et innoxium sanguinem effundat, gravissimum crimen committit, et divinum prosequendum odio. Sed ne quis manibus duntaxat patrari homicidium existimet, et cætera flagitia externaque opera solum damnari, de malis cogitationibus statim subjicit: *Cor machinans cogitationes pessimas.* Neque sine causâ quantum locum cordi tribuit, septem annumerans flagitia, quorum omnium à corde,

tanquam à fonte, initium est et origo: quod inmens Sapiens medium locum tribuit cordi, utriusque tribus sceleribus collocatis; neque simpliciter dicit *cor cogitant malum*; nam quæ potest dicere: *Mundum est cor meum?* Prov. 20. Sed illius animum execeratur Dominus, qui ex industria et dedit operam malum committitur. Quintum loquens pedes sortitur, qui *festinant ad malum*; velocitas et cursus affectionem animi et intentionem corruptissimam indicant. Labi in malum carnis fragilitate, ac mundi blanditiis trahi, et violentia quâdam impelli, humane infelicitatis est, et hominis vanudati sub peccato status est et conditionis, Rom. 7. Summa verò abiectione letari cum malefeceris, et plenis affectibus ad malum currere, Deo est execrabile et *odiosum Dei*. Mendacii et vanitatis multa sunt species quarum duas maxime pestiferas in hoc malorum catalogo consummeravit Sapiens, nempe *linguam mendacii*, que veritatem ipsam qui Christus est, aut omnino, ut Iudæi, aut in parte, ut heretici, non consistenter; sed loco veritatis mendacium configit; altera que cum damno et ruinâ proximi mentitur, quam Dominus merito odio habet. Quid enim refert, manu an linguâ sanguinem innocentem fundere? Nam qui testimonio falso iudicium subvertit, et vel bonis externis vel vitâ innocentem spoliat, latro et homicida est habendus: dum iudici spoliandum aut interdicendum tradit, non solum in privatum hominem peccat, sed in publica civitatis iura graviter delinquit. In lege Mosâica multa sunt præcepta quibus effrenatos obstinate genis animos à sceleribus colibere voluit Deus; sed nulla sunt proorsâ à quibus magis cavere oportet quam ab his criminibus que severissimè Dei sententiâ damnata sunt, et que ille clementissimus et ob omni odio longè alienissimus, gravi tamen odio prosequitur, ut puta ab inimico in agro Dominico seminata, Matth. 45. Tu, fili, ne quia committas eorum que illius odium merentur. Et ante alia, ne lites et discordias semines inter fratres; quorum unus est Dominus, una fides, qui unico eharitatis vinculo sunt conjuncti, qui uno lavacro sunt renati, qui de uno pane et uno calice participant, qui uno matris Ecclesie gremio foventur. Hos, inquam, vel perniciosis dogmatibus, vel obloquiis, aut quæcumque arte divellere ac distrabere veluti membra à capite, et reliquo corpore dilaniare, omnium est gravissimum scelus, et divine clementie maxime repugnans, que nos omnes tanquam filios in gloriam adducere molitur unanimes; proinde illius animo hoc malum maxime displicet; quare cum reliqua odio prosequatur, hoc execeratur et abominatur malum. Vide tandem quod sermonem de inertia institutum deditur Sapiens, nempe ut ostenderet ex otio quanta mala nascentur, juxta illud: *Multam malitiam docuit otiositas*, Eccli. 35. Sequitur:

VERS. 20-22. — CONSERVA, FILI MI, PRÆCEPTA PATRIS TUI, ET NE DIMITTAS LEGEM MATRIS TUE. LIGA EN CORDE TUO JUGITER (1), ET CIRCUMDA GUTTUR TUUM.

(1) Allusum ad Deut. 6, 8, quasi diceret: ille iuberis in manu ligare præcepta: at ego præcipio, d quoque, ut in corde liges. Vide 7, 3. (Bossuet.)

CUM AMBULAVERIS, GRADIANTUR TECUM: CUM DORMIERIS CUSTODIANTE TE, ET EVIGILANS LOQUERE CUM EIS. Hebr.: Custodi, fili mi, præceptum patris tui, et ne declines à lege matris tue. Liga illa super cor tuum jugiter, colliga ea gutturi tuo. Cum ambulaveris duces tecum: cum dormieris custodiet super te, et cum expergefactus fueris, ipsa loquetur tecum (1). In postremo ex his tribus viceculis ambiguus est sermo; nam *תורתו* (juxta ambiguitatem Hebraici sermonis) verti potest, vel *duces*, ut ad legem referatur, vel *duces*, supple legem matris: et *תורתו* te pro *תורת* tecum accipitur; verbum quoque *custodiet* similiter in Hebræo est ambiguum, nam vel in tertiâ personâ, vel in secundâ reddi potest. Et hæc interpretatio, nempe: *Cum ambulaveris, duces tecum, et cum dormieris, custodiet super te legem*, magis mihi placet: quamvis secunda clausula recte potest ad legem referri, juxta interpretem nostrum, ad hunc modum: *Cum dormieris, custodiet, vel excubias ponet, super te, supp. lex*; et hunc sensum secuti sunt Septuaginta. Quod ad sensum spectat et orationis seriem, haud ignarus Sapiens quanta pericula juvenuti imminant à mulieribus impudicis, ut supra diximus, nunquam satis suum filium eâ de re admonuisse videtur. Et proinde post nonnulla de legis laude et observatione, quæ tui possimus esse à tantis criminibus, et etiam à muliere adultera, que solet multis machinis, veluti instructa acie, juvenum animos expugnare, sequitur: *Observa, fili mi, per universam vitam, præcepta patris*, que etiamnum infantulo tibi instillavit, ut non minus virtutibus quam ætate crescas. Solent insipientiores filii statim ubi adoleverint, matris imperiorum (quæ pro filio semper est sollicita) rejicere, imbecillum sexum haud ita magni astimare. Verum tu, mi fili, legem quam prescripsit tibi mater, ne rejicias. Sunt ex Hebræis qui patrem Deum omnipotentem intelligunt, matrem verò sapientum et doctorum hominum cœtum; nos matrem Ecclesiam, quæ renascitur, cujus lege et ordinationibus veluti lacte nutrimur infantes in Christo. Nam *perfectis non est lex posita*, ut qui suâ sponte plura præstant quam lex Ecclesie matris præscribit. Atqui hæc esse hujus versiculi sensum sequens confirmat, qui monet pari aut etiam majori sollicitudine hujus patris servanda esse præcepta quam Moyses Dei præcepta servare voluit: *Erunt, inquam, verba que ego præcipio tibi hodie in corde tuo, nuptibus ea filiis tuis, et meditaberis sedans in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, et ligabis ea quasi signum in manu tua. Hæc ille Deut. 10. Haud dissimilia Sapiens hoc in loco: *Patris præceptum videlicet et legem matris, cordi et gutturi restricta et colligata monet servare*, vel quod his partibus potissimum vivat et respiciat homo; vel quod in pectore et collo solum homines suspendere gestamina quedam gratisima, que*

(1) In Hebræo verba sunt singularis numeri, et futuri temporis, hoc sensu: *Cum ambulaveris tecum ibi* (nempe lex Dei quam à patre et matre discas); *cum dormieris custodiet te*; et *cum expergefactus fueris, tunc dormieris custodiet te*; et cum expergefactus fueris, tunc loquetur. In omni actu vite tibi poterit. Ceterum liber Pirke Avoth intelligit hæc tria tempora, vite hujus, mortis et resurrectionis. (Grotius.)

maximi momenti et preli esse putant. Tu, mi fili, charius nihil habe, nihil honorificentius tecum circumferre aut gestare poteris quam patris præcepta que vitam præstant, quam legem matris, que summum ubique deus collo tuo conferet, dum te tanta femine, que omni macula et ruga caret, filium dilectum et moderatum ostendis. Alter in corde et guttate, assidua præcepti et legis memoria ac meditatio intelligitur, juxta illud Psal. 1: *Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte*. Juxta sensum sublimiorem, *colligare in corde, et collo suspendere*, ad fidei constantiam et oris confessionem referuntur. In his verbis que sequuntur, operis execratio intelligitur: *Cum ambulaveris, duces te*. Id quam tibi rem dicat, sequens versiculus ostendit. *Nam lex est lux*, inquit, præmonstrans viam, sine qua in tenebris ambulat quotquot presentem vitam tanquam semitam ingredientur. Christus qui *via, veritas, et vita est*, et finis legis, post legitimes ignorantis tenebras in fine temporum exortus, verus sol justitiae, rectam vivendi et ambulandi viam demonstrat, et se ducem itineris præbet illis qui patris præceptum in corde ligatum, et matris legem in collo suspensam circumferant. Emergiam quandam exprimit verbum *תורתו*, quod non solum *ducere*, sed *perducere, condicere*, aut si quod aliud verbum in hoc sensu vim majorem indicat, ut intelligantur patris mandatum per Christum, qui lux est legis; etiam vires incedentibus per eam prestare: si patris servaveris præceptum, et matris legem non contempseris, nunquam illius ope eris destitutus, sive vigiles, sive dormias. Imò ut in contextu nostro sequitur: *Cum dormieris, custodiet te*; vel custodias propè te ponet contra insidiatores dentones, ut jam alitis satellitibus non sit tibi opus; et *evigilans loquetur cum eis*, vel, ut est in Hebræo, *cum expergefactus fueris, ipsa loquetur tecum*; q. d.: Illius præcepti juvenuda meditatio frequenter in somnis occurret tibi; et expergefatto statim aderit, illius consolatio. Si ligatum in animo patris præceptum retineas, nulla molestia possis affici, si videris dormis, dormiens set vigilans, ubique eris tutissimus.

VERS. 23. — QUIA MANDATUM LUCERNA, ET LEX LUX; ET VIA VITÆ, INCREPATIO DISCIPLINÆ (1). Hebr.: *Nam lucerna præceptum, et lex lux; et via vita, increpationes disciplinae*. Hunc versiculum ferè satis explicavimus. Quod in Hebræo legitur *לֶךְ דְּרֹתַי* *via vita*; potest esse sensus subaudiendum in, ut legitur *in via vitæ*; q. d.: Quod præstat lucerna ambulantis in tenebris, et lumen solis interdu, hoc lex et præceptum his qui viam vite ingredi volunt. Nam qui caret lege per Moysen datâ, et præcepto de quo scribitur: *Mandatum dedit dominus super omnia verba*, (Maldonatus.)

(1) Hebr., increpationes castigationis, id est, que ad castigandum et erudiendum aliquem adhibentur. Vocatur autem mandatum lucerna, et lex lux, sicut Psal. 118, 104: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*. Quod nobis præmonstrat quid facere, quid vitare debeamus: *Per legem enim cognitio peccati*, Rom. 5, 20, non quod verbum Dei, scilicet, Scripturam, intellectu facile sit, ut inepissime interpretantur heretici.

datum novum de vobis, Joan 13, in tenebris ambulat. Quorum de numero sunt Judæi, et infidelium turba. Sunt et alii qui nec lucernâ prophetarum, nec evangelii sole carentes, viam vite non ambulat, quod castigationem disciplinæ recusant, neque moribus volunt imitari quem lingua constituent, id quod in corde et gutture superius significavit Sapiens. Quare, mi fili, præceptum patris veluti solis lumen, et legem matris veluti lucernam in tenebris hujus vite circumferens, disciplinam quæ correctionibus majorum consistit cave ne aliquando recesses. Alii sic: *In via vite est disciplina, est increpato disciplina*; atqueque, sensus eodem fere redit.

VERS. 24-26. — UT CUSTODIANTE TE A MULIERE MALA, ET A BLANDA LINGUA EXTRANEA. NON CONCUPISCAT PULCHRITUDINEM EIUS COR TUUM, NE CAPIAS MULIERES ILLIUS. PRÆTIUM ENIM SCORTI VIX EST UNUS PANIS; MULIER AUTEM VIRI PRÆTIUM ANIMAM CAPIT. Hebr.: *Ne capiant te supercilii illius: nam propter mulierem meretricem usque ad buccellam panis, et mulier viri pretiosam animam venatur*. Quod dicit *muliere mala*, in Hebræo est diversum, nempe *à muliere mala*, juxta phrasim lingue. Porro extraneæ referri potest vel ad mulierem, vel ad linguam, que alienam et extraneam religionem proficitur. Mulier vocatur extranea, aut quæ non sit legitima conjux, aut quæ reliquit maritum et alienata sit ab eo. Ut custodian te a muliere referitur ad præcedentem versiculum, nempe: *Observa, fili mi, præceptum patris tui, etc.*; q. d.: Si servaveris præceptum, servabit te. Et inter cætera beneficia quæ ex observatione legis assequeris (de quibus jam superius tractavimus), accedit illud, quod in juvenili ætate te servabit à muliere que ad malum faciendam omnino dedita est et instructa, ut puta que suadendam habet in lingua, et blanditiis nolentem invitât et pertrahit ad malum, dum se faciliem ac familiarem reddit, quamvis aliquo extraneam fuerit. *Non concupiscat pulchritudinem illius cor tuum*. Instructus à lege et edoctus non concupiscas uxorem proximi tui, Exod. 20; non concupiscas pulchritudinem ejus in corde: nam qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam machatus est eam in corde suo, Matth. 5. *Nec nitibus illius capiaris*, sive (ut est in Hebræo) *supercilio et fronte illius*, hoc est, oculorum inconstantiâ et pulchritudine, et exponunt Hebræi. Ego ad frontis et capitis ornatum et torturam crinitum puto referendum; his enim artibus potissimum juvenuti insidiantur impudice mulieres. Nempe blanditiis lingue, corporis pulchritudine, et ornata lascivo; que res cum usque adeo amœnæ et in specie jucundæ apparent, ad extremam nihilominus miseriam homines pertrahunt; et non solum ad inædium et omnium rerum penuriam, sed etiam ad interitum perducunt. *Prætiim enim scorti vix est unus panis*. In Hebræo: *Nam propter mulierem fornicariam, ad buccellam panis, hoc est, mendicitatem, devenisse mallem constat, ne leve malum existimes; imò cogito gravius restare supplicium*. *Nam mulier viri pretiosam animam capit*. In Hebræo, *venatur*, et subauditur *mulier fornicaria*. Hebræi tamen sic

distinguant lectionem : *Mulier viri animam pretiosam venatur, et subauditur mulier viri alterius, ut nos habemus. Nomen viri referri videtur ad animam; et sensus bene quadrat cum precedenti clausula, quae in Hebraeo sic habet: Propter mulierem fornicariam ad buccellam panis sapè ventum est, sup., et mulier viri animam pretiosam venatur; q. d., ad inediam et mentis inopiam sæpè deveniunt homines per fornicationem et adulterium. Aliter, propter mulierem fornicariam, et propter mulierem viri alterius, ad buccellam panis sæpè ventum est, ut utrumque vitium paupertate puniri intelligamus in hac vitâ. Et quod sequitur: Animam pretiosam venabitur, veterum supplicium intelligitur, et ad mœchum aut adulterum referitur. Hac juxta sensum allegoricum, quemadmodum non minus graphice hæreticorum artes et fraudes describunt quam meretricis, ita possunt à quovis vel mediocriter docto illo referri præsertim hoc seculo, quo, proh dolor! ubique ingens talium numerus occurrit, qui eloquentiâ plusquam mundanâ et fictâ aliquandù vitæ sanctioniâ (nam hypocrisis mera est quæcumque operum pulchritudo extra Ecclesiam), vario denique doctrinarum ornatu, ab Ecclesiâ Christi sponsâ legitimâ infinitas animas rapientes, ad prostibulum suum pertraxerunt. Et prout summo studio servanda est lex matris Ecclesiæ, ut à muliere blandâ et complâ tuis esse possis.*

VERS. 27-29. — NUMQUID POTEST HOMO ABSCONDERE IGNEM IN SINO SVO, UT VESTIMENTA ILLIUS NON ARDEANT? AUT AMBULARE SUPER PRUNAS, UT NON COMBURANTUR PLANTÆ EIUS? SIC QUI INGREDDITUR AD MULIEREM PROXIMI SUI NON ERIT MUNDUS CUM TETIGERIT EAM. Hebr.: Num ponet quis ignem in sinu suo, et vestes illius non adurentur? Num incedet aliquis super prunas, et pedes ejus non comburentur? Sic qui ingreditur ad uxorem proximi sui, non erit innocens quicumque tetigerit eam. Si neque ad hujus vitæ miseriam et extremam rerum inopiam, quod nullis accidit, neque ad animæ tuæ iacturam (que ut est pretiosa, et ab ore Dei afflata, ita à te magnâ cautelâ servanda) pervenire non vis, principis obsta, neque tibi licere puta, quidquam commercii habere cum uxore alterius. Tu fortassis rem fore secretam putas, et maritum illius celare posse, atque ita culpâ carere; sed erras; hoc enim minus possibile est, quam si quis ignem velit sinu gestare absque læsione vestium; aut si quis super prunas ardentem incedere nudis pedibus se posse putaverit, et plantas non comburere. Æquè impossibile est ut quis congressum habeat cum muliere alterius, et sine culpâ habeatur, innocensque penes maritum illius. Non eris mundus sive innocens, quicumque tetigeris eam, si in manus mariti incideris aut consanguineorum, qui tantum familiæ opprobrium ferre nolunt. Aliter, non erit mundus sive innocens (ut est in Hebræo) Dei videlicet sententiâ, sed reus, tanquam transgressor præcepti: Non concupisces uxorem proximi tui. Atqui huiusmodi est sensus hujus loci, si per ingredi et tangere crimen adulteri intelligatur: verum cum nihil gravius dicat Sapiens quam, non erit inno-

916
est, ut malit hominem fame perire, quam tantillum de rebus suis distrahi, quantum unus ventriculus capere possit? Ceterum si dives furatus fuerit, ut ab ignominia oximi non potest, ita à supplicio septerplici satisfactione, juxta præscriptum legis, sese eripiet. Lex in aliquibus rebus duplum duntaxat voluit reddi, si furtum in manibus furis integrum reperitur. Alioqui pro ove quatuor, pro bove quinque; vel, si aliter non possit placari cui facta fuerat injuria, reddet septuplum, hoc est, universam substantiam domus suæ dabit, et à supplicio graviore erit immunis. Quod si adulterium cum hoc crimine conferas, modis omnibus gravius invenies. Primum quod ad occasionem mali spectat, unde pendet bona pars veniæ; qui committit adulterium, non ventris inediam patitur, sed cordis indigentiam, hoc est, stultitiâ et dementiâ quâdam laborat, nec suæ vite consulit ut fur, sed fratrem defraudans animam suam corrumpit, et non solum in corpus suum peccat; ille ex furto utilitatem capit, hic ex adulterio damnus gravissimum. Fur (ut diximus) rebus satisfaciens, penam corporis non sustinet, si dives fuerit; si pauper, ne ignominiam quidem. At adulter utrumque invenit, plagam et vindictam à marito, aut saltem à Deo cujus legem transgreditur, et lapidari jubetur ex præscripto legis; præterea illius opprobrium nullo debetur avo, imò semper excors habebitur, qui tantâ injuriâ fratrem affecerit, cujus zelus et furor nullum misericordiæ locum relinquit, neque parcat cum sese obliterit occasio ulciscendi. Quamvis longanimis Deus (qui hoc in loco juxta allegoriam vir dicitur) videatur connivere ut ignoret flagitia et stupra animarum, tamen cum acciperit tempus quod misericordiæ locum non habet, sed justitiæ et vindictæ, non clementem patrem ut nunc, sed severum iudicem agat, quando satisfactio aut expiationi nullus erit locus. Et qui per charissimam conjugem contumeliâ intolerabili affectus est nullâ re placari potest, nisi extremo adulteri supplicio. Christus, inquam, Ecclesiæ sponsus, non tam facili reconciliari solet hæreticis, qui Ecclesiæ castimoniam commaculare seu corrumpere conantur perversâ doctrinâ.

CAPUT VII.

est, ut malit hominem fame perire, quam tantillum de rebus suis distrahi, quantum unus ventriculus capere possit? Ceterum si dives furatus fuerit, ut ab ignominia oximi non potest, ita à supplicio septerplici satisfactione, juxta præscriptum legis, sese eripiet. Lex in aliquibus rebus duplum duntaxat voluit reddi, si furtum in manibus furis integrum reperitur. Alioqui pro ove quatuor, pro bove quinque; vel, si aliter non possit placari cui facta fuerat injuria, reddet septuplum, hoc est, universam substantiam domus suæ dabit, et à supplicio graviore erit immunis. Quod si adulterium cum hoc crimine conferas, modis omnibus gravius invenies. Primum quod ad occasionem mali spectat, unde pendet bona pars veniæ; qui committit adulterium, non ventris inediam patitur, sed cordis indigentiam, hoc est, stultitiâ et dementiâ quâdam laborat, nec suæ vite consulit ut fur, sed fratrem defraudans animam suam corrumpit, et non solum in corpus suum peccat; ille ex furto utilitatem capit, hic ex adulterio damnus gravissimum. Fur (ut diximus) rebus satisfaciens, penam corporis non sustinet, si dives fuerit; si pauper, ne ignominiam quidem. At adulter utrumque invenit, plagam et vindictam à marito, aut saltem à Deo cujus legem transgreditur, et lapidari jubetur ex præscripto legis; præterea illius opprobrium nullo debetur avo, imò semper excors habebitur, qui tantâ injuriâ fratrem affecerit, cujus zelus et furor nullum misericordiæ locum relinquit, neque parcat cum sese obliterit occasio ulciscendi. Quamvis longanimis Deus (qui hoc in loco juxta allegoriam vir dicitur) videatur connivere ut ignoret flagitia et stupra animarum, tamen cum acciperit tempus quod misericordiæ locum non habet, sed justitiæ et vindictæ, non clementem patrem ut nunc, sed severum iudicem agat, quando satisfactio aut expiationi nullus erit locus. Et qui per charissimam conjugem contumeliâ intolerabili affectus est nullâ re placari potest, nisi extremo adulteri supplicio. Christus, inquam, Ecclesiæ sponsus, non tam facili reconciliari solet hæreticis, qui Ecclesiæ castimoniam commaculare seu corrumpere conantur perversâ doctrinâ.

CHAPITRE VII.

1. Fili mi, custodi sermones meos, et præcepta mea reconde tibi, fili.
2. Serva mandata mea, et vives; et legem meam quasi pupillam oculi tui;
3. Liga eam in digitis tuis; scribe illam in tabulis cordis tui.
4. Die sapientie: Soror mea es, et prudentiam voca amicum tuum;
5. Ut custodiat te à muliere extranea, et ab alienâ, que verba sua dulcificat.
6. De fenestrâ enim domus meæ per cancellos prospexi;
7. Et video parvulos, considero recordem juvenem.
8. Qui transit per plateam juxta angulum, et prope viam domus illius graditur,
9. In obscuro, advesperascente die, in noctis tenebris et caligine.
10. Et ecce occurrit illi mulier ornata meretricio, preparata ad capiendas animas, garrula, et vaga,
11. Quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis;
12. Nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos insidians.
13. Apprehensumque deosculatur juvenem, et proceci vultu blanditur, dicens;
14. Victimam pro salute vovi; hodie reddidi vota mea;
15. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, et reperi.
16. Intexti fimbriis lectulum meum; stravi tapetibus pictis ex Ægypto.
17. Aspersi cubile meum myrrha, et aloë, et cinnamomo.
18. Veni, inebriamur ubi eris, et fruamur cupulis amplexibus, donec illucescat dies.

est, ut malit hominem fame perire, quam tantillum de rebus suis distrahi, quantum unus ventriculus capere possit? Ceterum si dives furatus fuerit, ut ab ignominia oximi non potest, ita à supplicio septerplici satisfactione, juxta præscriptum legis, sese eripiet. Lex in aliquibus rebus duplum duntaxat voluit reddi, si furtum in manibus furis integrum reperitur. Alioqui pro ove quatuor, pro bove quinque; vel, si aliter non possit placari cui facta fuerat injuria, reddet septuplum, hoc est, universam substantiam domus suæ dabit, et à supplicio graviore erit immunis. Quod si adulterium cum hoc crimine conferas, modis omnibus gravius invenies. Primum quod ad occasionem mali spectat, unde pendet bona pars veniæ; qui committit adulterium, non ventris inediam patitur, sed cordis indigentiam, hoc est, stultitiâ et dementiâ quâdam laborat, nec suæ vite consulit ut fur, sed fratrem defraudans animam suam corrumpit, et non solum in corpus suum peccat; ille ex furto utilitatem capit, hic ex adulterio damnus gravissimum. Fur (ut diximus) rebus satisfaciens, penam corporis non sustinet, si dives fuerit; si pauper, ne ignominiam quidem. At adulter utrumque invenit, plagam et vindictam à marito, aut saltem à Deo cujus legem transgreditur, et lapidari jubetur ex præscripto legis; præterea illius opprobrium nullo debetur avo, imò semper excors habebitur, qui tantâ injuriâ fratrem affecerit, cujus zelus et furor nullum misericordiæ locum relinquit, neque parcat cum sese obliterit occasio ulciscendi. Quamvis longanimis Deus (qui hoc in loco juxta allegoriam vir dicitur) videatur connivere ut ignoret flagitia et stupra animarum, tamen cum acciperit tempus quod misericordiæ locum non habet, sed justitiæ et vindictæ, non clementem patrem ut nunc, sed severum iudicem agat, quando satisfactio aut expiationi nullus erit locus. Et qui per charissimam conjugem contumeliâ intolerabili affectus est nullâ re placari potest, nisi extremo adulteri supplicio. Christus, inquam, Ecclesiæ sponsus, non tam facili reconciliari solet hæreticis, qui Ecclesiæ castimoniam commaculare seu corrumpere conantur perversâ doctrinâ.

1. Mon fils, gardez mes paroles, et faites-vous dans votre cœur un trésor de mes préceptes.
2. Mon fils, observez mes commandemens, et vous vivrez; gardez ma loi comme la prunelle de votre œil;
3. Tenez-la liée à vos doigts, et écrivez-la sur les tables de votre cœur.
4. Dites à la sagesse: Vous êtes ma sœur; et appelez la prudence votre amie,
5. Afin qu'elle vous défende de la femme étrangère, de l'étrangère qui se sert d'un langage doux et flatteur;
6. Car étant à la fenêtre de ma maison, et regardant par les barreaux,
7. J'aperçois des imprudens; et je considère un jeune homme insensé,
8. Qui passe dans une rue au coin de la maison de cette femme, et qui marche dans le chemin qui y conduit,
9. Sur le soir, à la fin du jour, lorsque la nuit devient noire et obscure;
10. Et je vois venir au-devant de lui cette femme parée comme une courtisane, adroite à surprendre les âmes, causeuse et coureuse,
11. Inquiète, dont les pieds n'ont point d'arrêt, et qui ne peut demeurer dans sa maison;
12. Mais qui tend ses pièges au dehors, ou dans les places publiques, ou dans un coin de rue.
13. Elle prend ce jeune homme; elle le baise, et le caressant avec un visage offensé, elle lui dit:
14. Je m'étais obligée d'offrir des victimes pacifiques, pour me rendre le ciel favorable, et je mesuis acquittée aujourd'hui de mes vœux;
15. C'est pourquoi je suis venue au-devant de vous, désirant de vous voir, et je vous ai rencontré.
16. J'ai tendu mon lit, et je l'ai couvert de courtisanes peintes d'Égypte en broderie.
17. J'ai parfumé ma couche de myrrhe, d'aloës et de cinnamome.
18. Venez, environons-nous de délices; et jouissons de ce que nous avons désiré, jusqu'à ce qu'il fasse jour.

19. Non est enim vir in domo sua : abiit via longissima.

20. Sacculum pecunie secum tulit ; in die plenae laeae reversurus est in domum suam.

21. Irrexit enim multos sermonibus, et blanditiis laborum protractit illum.

22. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimum, et quasi agnus lascivius, et ignorans quod ad vincula stultus trahatur.

23. Donec transigat sagitta jecur ejus, velut si avis festinet ad laqueum : et nescit quod de periculo anime illius agitur.

24. Nunc ergo, fili mi, audi me, et attende verbis oris mei.

25. Ne abstrahatur in viis illius mens tua ; neque decipiaris sentitis ejus :

26. Multos enim vulneratos deiecit, et fortissimè quique interfecti sunt ab eâ.

27. Viae inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.

19. Car mon mari n'est point à la maison ; il est allé faire un voyage très-long.

20. Il a emporté avec lui un sac d'argent, et il ne doit revenir à sa maison qu'à la pleine lune.

21. Elle le prend ainsi au filet par de longs discours, et elle l'entraîne par les caresses de ses paroles.

22. Il la suit aussitôt comme un bœuf qu'on mène pour servir de victime, et comme un agneau qui va à la mort en bondissant ; et insensé qu'il est, il ne comprend pas qu'on l'entraîne pour le lier.

23. Jusqu'à ce qu'il ait le cœur percé d'une flèche ; comme un oiseau qui court à grande hâte dans le filet, ne sachant pas qu'il y va de la vie pour lui.

24. Écoutez-moi donc maintenant, mon fils ; rendez-vous attentif aux paroles de ma bouche.

25. Que votre esprit ne se laisse point entraîner dans les voies de cette femme, et ne vous égarez point dans ses sentiers ;

26. Car elle en a blessé et renversé plusieurs, et elle a fait perdre la vie aux plus forts.

27. Sa maison est le chemin de l'enfer, qui pénétre jusque dans la profondeur de la mort.

COMMENTARIUM.

VERS. 1, 2. — FILII MI, CUSTODI SERMONES MEOS, ET PRÆCEPTA MEA RECONDE TIBI. SERVA MANDATA ET VIVES, ET LACUM MEAM QUASI PUPILLAM OCULI TUI ; LIGA EAM IN PAGIS TUIS, ET SCRIBE ILLAM IN TABULIS CORDIS TUI. Hebr. : *Fili mi, custodi verba mea, et præcepta mea absconde tecum. Custodi præcepta mea, et vive, et lacum meam ut pupillam oculorum tuorum : ligabis ea super digitos tuos, scribe eadem super tabulam cordis tui.* In his crebris mentionibus de verbis et præceptis suis servandis, quæ et Dei sunt præcepta, ostendit Sapiens nos aliter non posse per hujus vite tenebras dirigere cursum, et inoffensè ad æternam pervenire vitam ; nisi verbo Dei iter præmonstrante, tanquam vero lumine et lucerna pedibus nostris, ut superius dictum est. Atqui eò diligentius semper hujusmodi admonitiones inculcat, quoties de majoribus dicturus est criminibus, in quæ vulgò impingunt homines, qui futura vite nullam rationem habere videntur. Superius à duobus maxims criminibus, nempe fornicatione et adulterio, vehementer deterruit, quibus de rebus nunquam se satis dixisse putat pro fragilitate juventutis, et meretricium impudentiâ : contra quæ mala, Dei præceptis et crebris majorum admonitionibus munendos juvenem animos indicat. *Custodi, fili, verba mea ; neque tradas obliivioni, sed operibus imple, et præcepta mea absconde tecum, veluti pretiosissimum thesaurum.* Solent enim homines hujus vite amatores in futurum multum ammonere recondere, magnas opes in omnem eventum reponere, non quid illis ad vite videlect necessitatem desit. Tu, mi fili, serva penes te præcepta mea, ut æternam vivas vitam : neque utcumque charta servanda hæc præcepta, sed ut res maxime clara et summo perè necessaria. Ex omnibus corporis partibus, ut nullam habemus majoris momenti quam pupillam oculi, ita nullam tuamur majori curâ, ut puta quam natura non solum in honestissimo loco collocavit, sed palpebris, ciliis et superciliis sollicitè munit : cui etiam si aliquid periculi imminet, in illius

defensionem nullius membri recusamus jacturam. Pari diligentia et curâ sunt mea præcepta servanda tibi, mi fili, ut quæ lumen universæ vite tue præbeant, et sine quibus in tenebris versamur quamlibet sapientes et apud seculum docti. Sed quo loco servanda sunt ? inquis, num munitis archibus, aut capsis ferreis recludenda ? *Ligabis ea super digitos tuos.* Duplex est sensus, vel quod opere et studiosè actione sint implenda, quæ per digitos intelliguntur, vel quod præsentem memoriâ et numeratò, non minis quam digiti, sunt recolenda : non Judaico more chartis scribenda, quæ digitis circumferantur, aut colligentur brachiis ; hæc tabulis cordis carnalibus non lapideis sunt ista nova Evangelii præcepta insculpenda. Est enim intellectus humanus, ut inquit philosophus, stam ab infantia, tanquam tabula rasa, in quâ nihil depingitur. Tu, mi fili, inquit Salomon, etiamnum juvenis, in hæc tabulâ, piâ intelligentiâ, et solidâ memoriâ, ante omni scribere hæc mea verba et præcepta, ut nullâ possit obliterari seu falsâ doctrinâ, seu muliercularum amore, et suavi loquentiâ carnali. Quod si juvenis eam sis, omninò feminarum colloquiis et pulchritudine frui juvat, omnium pulcherrima est sapientia, omnium maxime affabilis est intelligentia : da igitur operam cum illis inire gratiam, et loco sororum habere. Si sapientiam non minis charè diligas quam sororem, si intelligentiam habes in loco cognate vel propinque, quarum in amore si te oblectaveris, omnem facili amore impudicum declinabis, ut est in contextu.

VERS. 5-11. — DIC SAPIENTIE : SOROR MEA ES, ET PRUDENTIAM VOCA AMICAM TUAM, UT CUSTODIAT TE A MULIERE EXTRANEA, ET AB ALIENA QUÆ VERBA SUA DULCIA FACIT (1). DE FENESTRA ENIM DOMUS MEÆ PRO-

(1) Hebr., *quæ sermones suos lenificat*; Vatabl., *quæ verbis suis blanda est*; Symmach. et Theodot., *cujus verba lubrica et mollia*; Syrus, *cujus verba blandiendo decipiunt*; Septuag., *quæ te sermonibus adulatorioris, ut legit S. Ambros. lib. 1 de Cain. c. 4, quæ*

PEXI JUVENEM (1), ET VIDEO PARVULOS, CONSIDERO RECORDAM JUVENEM, QUI TRANSIT PER PLATEAS JUXTA ANGULUM, ET PROPE VIAM DOMUS ILLIUS GRADITUR IN OBSCURO (2), ADVESPERANTE DIE, IN NOCTIS TENEBRIS ET CALIGINE. ET ECCE MULIER ILLI OCCURRIT IN ORNATE MERETRICIO, PRÆPARATA AD DECIPIENDAS ANIMAS. GARULA ET VAGA, QUIETUS IMPATIENS (3), NEC VALENS IN MYSTICÈ HAC EXPONENS : « Dux enim mulieres, inquit, et unicuique nostrum cohabitavit, inimicitias ac discordias dissidentes, velut quibusdam zelotypie contentione nostræ replentes anime domum. Una earum nobis suavitate et amoris est, blanda conciliatrix gratiæ, quæ vocatur voluptas. Hanc nobis opinamur sociam ac domesticam, illum aliorum inimicam, asperam, feram credimus, cui amoris virtus est. Illa igitur meretricio prociac motu, infracto per delicias et incesso, nutantibus oculis et ludentibus jaculans palpebris retia, quibus pretiosas juvenum animas capiti (oculus enim meretricis laqueus est peccatoris), quemcumque viderit sensu indignum prætereuntem et in angulo, in transitu domus suæ, sermonibus adulator gratiosus, faciens juvenem volare corda, domi inquietam, in plateis vaga, oculos prodigia, pudore visis, anxiè dives, genas picta. Etenim quia verum et decorum naturæ habere non potest, adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinatur speciem, non veritatem. »

Mysticè quoque R. Levi : « Sapientia, inquit, custodiet te à muliere alienâ, ne scilicet utriqueque anime concupiscens. » (Corn. à Lap.)

(1) Parabolam subiungit, quæ exegit utriusque ingenium pingit, et incauti juvenis, meretricem adentis, et ipsius meretricis, illum sus illecebris capientes et pessumdantis. *Nam per fenestram domus meæ post transeuntem meam prospexi aliquando.* Hæc pro temporis adverbio sumimus, ut Ose 11, 4, cui respondet verbo NIX initio versûs sequentis, præmissum, tunc vertendum. Alii, ut G. B. Michaels, *nam, quoniam reddunt, ut jungatur quæ sententiæ nostratæ superioribus hæc sensus : nam, ut exemplo explicatis faciam, quantum ab illâ muliere periculum imminet, nisi te sapientia custodiendum decideris, narro tibi quæ ipse viderim.* וַיִּרְאֵהוּ וַיִּלְכָּדוּ, quæ et Judic. 5, 28, junguntur, ita differunt, ut hoc אֲרִי perforare denotet locum in pariete perforatum, per quem lumini datur ingressus, illud verò cancellos esse aliorum, quibus fenestra instructe erant. Quadrant, uti verè Isaac Eichel observat, hæc cancelli angustii et reticulati egregiè ad rem presentem ; nam per eosdem nos quidem videmus quod alii extra domum agant, nos verò intus ab aliis non conspicimur. Græcus Alexandrinus : *De fenestrâ autem è domo sua in plateam prospiciens.* Quæ Salomo, notat et Gejerus, à semetipso observata ait, ea interpres de adulterâ narrat, mutatâ personâ primâ in tertiam. In Græcâ narratione arripit illi quædam probabilitas, quæ non est in Hebræicâ. Neque enim rem singularem Salomo exponere videtur ; quod res, sicuti gesta esse dicitur, magnam partem tenebris, exitus etiam lecto continetur, nec observari quidem potuit ; sed ex his quæ rumoribus favebantur, descripsisse genas insidiarum universum, quo grassari adulteræ solent. Interpretis sum auctorem corrigendi studium conspicitur et in eo quod in versu proximo primam personam in tertiam transformavit. Sed veteres in fictis suis narrationibus non semper ex omni parte probabilitatem curasse, appositè monet Umbreit. (Rosenmüller.)

(2) Male rei sibi conscius, non adit recta domum infamem impudicitis, sed transeuntem specie, prope et circa angulum obambulat ; tum nocte occidit flagitium. Unde sequitur : *In obscuro, in noctis tenebris.* (Bossuet.)

(3) Quietus impatiens deest in Hebræo. Videtur autem esse expositio præcedentis vocis, vaga ; et con-

DOMO CONSISTERE PEDIBUS SUIS. NUNC FORAS, NUNC IN PLATEIS, NUNC JUXTA ANGULOS INSIDIANS. Hebr. : *Die Sapientia : Soror mea tu es, et cognatam intelligentiam vocabis, ad custodiendum te à muliere extraneâ, ab alienâ (quæ verba sua politivè. Nam per fenestram domus meæ, per fenestram meam (inquam) prospexi. Et vidi inter imperitos, animadverti inter filios, juvenem deficientem corde, transeuntem per plateam juxta angulum ejus ; per viam ædium ejus erat iturus, in crepusculo, sub vesperâ diei, in nigredine noctis, et caligine.* Et ecce mulier in occursum ejus habitus meretricis, et amara corde. Clamosa illa et perversa, in domo sua non manserunt pedes ejus. Nunc foris, nunc in plateis, et prope omnem angulum insidias positura. Quod superius monuit de muliere extraneâ, in loco narratione, veluti re gesta, doctrinam confirmat ut intelligas nisi Sapientia dees operam, et intellectum salubri doctrinâ excolas etiamnum juvenis, à prociacibus mulierculis tivo esse non poteris. Quod rectè (ut ante monimus) sive de impudicâ juvenem vitâ, juxta sensum historicum intelligere licet, sive tropicè de sensitivâ parte, quæ mentem in nobis tanquam virilem partem ad mala subinde sollicitat. Atqui eodem fere sensu reddit, eam utraque moralis sit interpretatio.

Possumus de doctrinâ locum intelligere hæreticorum, contra quam sapientiâ Dei est opus, sive ut rem gestam, sive exempli causâ confictam à Salomone intelligentiam narrationem, parum refert : graphicè certè depingit impudicâ mulieris ingenium et mores, à quibus quam longinquis abesse oportet, usque adeo ut ne ædium quidem illius appropinquet, ut in eam plateam venias quâ habitat illa, ut superius dictum est. Nam olim per fenestras et cancellos prospiciens, vidi inter alios (sic Hebræa habet veritas) juvenes, unum ceteris magis recordem, cui cor defecerat, qui ubi se in periculum coniecerat, in casses illius incidit, cum non solum in plateam, sed prope illius adeo accessisset. In Hebræo enim legitur : *prope angulum ejus, hoc est, angulum domus ejus.* Quod dicit vidi, non est necessum ad corporis oculos referre, neque rem gestam intelligere, sed factam potius velut in prosecutionem producit narrationem. Mente igitur consideravit quid utrinque fieri solet, et à meretricium impudentiâ, et à parim constantibus viris, et interim ostendit quibus tentationum gradibus ad crimen pervenitur. *Per crepusculum, vesperam diei, noctis nigredinem et caliginem* (nam hæc quatuor distincte leguntur in Hebræo) ; primum וַיִּרְאֵהוּ quod tempus significat non satis clarum, cujusmodi est vel statim post solis occasum, vel sub ortu solis, universe vite mortalium referens imaginem, ut in quâ eum luce fidei varie tentationum species miscentur. וַיִּלְכָּדוּ vespera diei, quæ multò plus noctis habet, sensum et oblectationem ad crimen significat : cui si nigredine noctis (ut est in Hebræo) accedat, hoc est, plenus consensus, qui lumen gratiæ rejicit, omninò nihil superest, nisi ut ad caliginem, et malorum operum tenebras, quæ lucec

gruit sequentibus : *Nec valens in domo consistere* : quod curioso quod garrula, ut Paulus dicebat. (Bossuet.)

oderunt; perveniant, et non solum gratia recedat, sed lumen quoque intellectus naturale obscuratur. Quò cum venisset stultus ille, jam obscurà luce, et ingrante noctis caligine, occasionem observans mulier, in occursum illius festinat, omnibus modis ad decipiendum hominem instructa, non solum verbis potius, de quibus superius disserimus, sed etiam habitu meretricis; et his modis reddimur obnoxii tentationibus, dum (ut excors iste) nullis honestis laboribus vacamus, dum temporis et locorum circumstantias et occasiones peccandi sequimur. *Præparata ad decipiendas animas*, pro quo, *anxia corde* in Hebræo legitur, sive *ligata corde*, hoc est, anxietate cordis amorem simulans, ut sit à verbo *אָרָא*, id est, *coarctare*, non à *אָרָא*, *seriare*. Possunt hæc verba *אָרָא* *בְּצֵרֶתָא*, *corde ligata* sive *anxia*, referri ad cordis secreta et dissimulationem: ego mallem referre ad habitum corporis et ornatum, quem laxum et lascivum gestabat, sed circa præcordia strictum et colligatum, ut corporis elegantiam ostentaret. Chaldeus alio sensu vocem Hebræam צֵרֶתָא interpretatur, nempe pro *fortitudine*, ut sit sensus, fuit habitus meretricio dissoluta et effeminata, sed cor de robusto et virili, utputa inverecunda et impavida. Potest denique exponi *desolata*, sive *desolata corde*, id est, sine intellectu, juxta illum locum, כְּעֵרְוָה *tanquam civitas desolata*, Isa. 1. Levi Ben-Gerson ad habitum sive ornatum meretricium refert locum; q. d.: *Erat nudo collo et pectore corde tenis*, quod vestitum et tectum habebat. Et hunc sensum ex Chaldeo licet intelligere, cum vox Chaldaea utrumque significet, *fortitudinem* et *absconsionem*. David Kimhi *observata corde*, a verbo צֵרֶתָא, ut sit sensus: *Erat cauta*, quæ cum alios deciperet, ipsa decipi non potuit. Porro quod ad mores illius spectat, decipi garrula, inquieta, non valens in ædibus consistere. Hebræum, *clamata et recedens*, sive *declinans*, sup. ab imperio et obedientia mariti, vel ab omni honestate et virtute aliena. Sequitur in Hebræo: *In ædibus illius non manserunt pedes ejus*, vel *non solent manere*. Cum pudice mulieris sit raro in publicum apparere, hæc contra foris visa est, non ante ædes, immo etiam longius in plateam progressa. Quam apte quadrent hæc in doctrinam adulterinam, et in magistris hereticæ pravitatis, quid attinet admonere? qui pudore semel deposito suam ignominiam et damnata dogmata modis omnibus publicare conantur, præsertim apud indoctam seu juvenum seu vulgi turbam, quæ non satis claram Scripturarum lucem est assuetæ, sed crepusculo inter diem et noctem obambulans; id quod negligentia pastorum ferè fit, qui veluti oves absque pastore populum Christianum relinquunt, et cum pastoris vocem non audiunt, alienum sequuntur plurimi. Caterum quantà impudentiâ et plusquam meretricia proccacitate ostentant hodiè et per plateas, sed tectè et in tenebris, venalem exponant corruptissimam doctrinam, et quanto studio evigilant, ut à sinceritate doctrine catholice, et à castitate matris Ecclesie revocent homines indoctos, utnam magis esset ignotum! sed dabit his quoque finem aliquando Christus. Nostra verò ad insitutum revertatur oratio, ostensura quanta

sit hujus mulieris impudentia, non minùs factis quam verbis procax et audacula. Ultra omnem pudorem femineum prosilit in amplexus et oscula; nam comprehensum juvenem osculatur. En tibi, fili, quibus gradibus ad crimen descenditur; caro suâ illecebri mentem et rationem apprehendit, et oblectationibus veluti quibusdam oculis demulcet, ut ad peccandum consentiat. Sed quæ sequuntur audiamus:

VERS. 12-17.—APPREHENSUMQUE DEOSCULATUR JUVENEM, ET PROCAIX VULTU BLANDITUR, DICENS: VICTIMAS (1) PRO SALUTE DEVOTI, HODIÈ REDDIDI VOTA MEA. DICERE EGRESSA SUM IN OCCURSUM TUUM, DESIDERANS TE VIDERE, ET REPERI. IN TEXTU FUNEBUS LECTULUM MEUM, STRATI TAPETIBUS PICTIS EX ÆGYPTO. ASPERSI CUBILE MEUM MYRRHA, ET ALOE, ET CINNAMOMO. Hebr.: *Porro tenuit eum, et osculata est eum, corroboravit faciem suam, et dixit ei: Hostiæ pacificæ apud me, hodiè persolvi vota mea. Quamobrem egressa sum in occursum tuum ad querendam faciem tuam, et inveni te. Ornamentis ornati lectulum meum, trabibus cœlatis, funibus Ægypti. Suffraganti cubile meum myrrhâ, aloë, et cinnamomo. Quibus artibus pudicitia juvenutis insidiantur impudice mulieres, quæ interim summum amorem et aliquam honestatis speciem præ se ferunt, presens locus ostendit. Nam quamvis omnia libidinis et luci causâ facta hæc mulier, nihilominus composito vultu et robustâ facie, hoc est, oculorum constantiâ, longè diversum simulat, et inquit: *Victimæ pacificæ sunt mihi* (ut est in Hebræo), *hodiè reddidi vota mea*; q. d.: Convivium tuâ causâ paravi, quod aliqui facere oportuerat, cum essem voto constricta. Et hodiè me fecisse mihi gratulor, posteaquam te invenerim. Aliter: Nunc sum obnoxia et obligata pacificis reddendis victimis (quas votorum compotes solent homines facere), posteaquam te invenerim. Jamdudum votum feceram de victimis pacificis solvendis, quam primò tui compos essem; eas, ut voti, hodiè libenter solvam, posteaquam mihi occurristi. Prior expositio est melior, nam nihil aliud quam paratas dapes et lautam cœnam domi se habere significat; et quamvis illa nullum hominem recusasset, neque amore sincero quemquam prosequatur, tamen imperio et vecordi juveni persuadere conatur, se illius amore flagrare. Nullâ levitate ex ædibus egressa sum, sed tuâ causâ duntaxat, inquit: veni, domi habens epulas multas, quarum te participem esse volui; quæ hoc nomine gratiores erant, quòd ex victimis pacificis supersunt. Cogita, inquam, quam mihi charus sis, cum non miserim quemquam, sed ipsa te quassum veni. In Hebræo legitur *אֶרְוֶה אֶת הַיָּמִין אֶת הַיְּמִינִים*, cum curâ et sollicitudine, *faciem tuam* sive *personam*; q. d.: nihil aliud volui nisi te, non tua. Interpres qui vertit *desiderans te videre*, secutus est Septuaginta qui sic habent *ἠθέλησα εἶδέναι πρόσωπόν σου*. At ne fortassis jam sub vesperum de cubili aut lecto sis sollicitus, habeo lectum elegantissimum, ut plecta stragulis et sumptuosius ornamentis stratum, funibus bysiniis ex Ægypto suspensum. Chaldeus hunc locum, in*

(1) Victimæ pacificæ, festas ac lætas, è quibus solis licebat sacrum insituere epulum. (Bossuet.)

quæ magna est varietas interpretum, simpliciter veritatis: *Stramentis et lacticis strati lectum, et ornamentis ex Ægypto ornati*. Potest dictio Hebræa *אֶרְוֶה אֶת הַיָּמִין*, quam Hieronymus secutus Septuaginta *tapetibus* veritatis, potest, inquam, vox *אֶרְוֶה* *funes* significare, qui ex optimo lino, seu hyssò, nempe Ægyptio, contexti sunt. Et ne quid desi ad voluptatem, *sparsi, vel potius suffragi, odoratum feci cubile meum myrrhâ, aloë, et cinnamomo*. Quidam ex Hebræis exponit aquis rosarum et aromatis. VERS. 18-20.—VENI, INEBRIEMUR CEBIBUS, ET FRAMUR CONCUPITIS AMPLEXIBUS, DONEC ILLUCESCAT MIES. (Hebr.: *Veni, inebriabimur amoribus usque manè, exultabimus in amoribus*.) NON EST ENIM VIR IN DOMO SUA, ABIT VIA LONGISSIMA; SACCULUM PECUNIE SECUM TULIT, IN DIE PLENE LUNE REVERSURUS EST IN DOMUM SUAM (1). Hæc nocte, inquit, usque manè voluptatibus indulgeamus: opera tenebrarum odertur lucem. Sequitur: *Vir non est in domo suâ, ut ornem metum eximat; et sensus simplex: Non est domi, sed procul peregrè profectus; neque brevi reversurus, nam in sumptus vie tulit non parvam pecuniam. Ante diem absconsionis, sup. lunæ, ut est in Hebræo*, hoc est, ante novilunium non est reversurus, ne quid ab eo timeas; vel, *non est in domo suâ vir*, hoc est, nihil habet auctoritatis in domo suâ, etiamsi domi esset, ego primas in familiarità partem teneo: ad securitatem omnem accedit, quòd domi non sit. Mystice in humana animâ, cum intellectus et mens gratiæ Dei imbuta viriles partes non agit, sed procul peregrinatur à custodia conscientie, ad voluptates et desideria inutilia deflectit ratio à carne tractata. Christus quoque animarum nostrarum sponsus est, quem conscientie domus si custodem non habeamus, facile cum mundo et dæmonibus fornicamur. O infelix animus et miserimus, qui in domo patris tantâ abundantia saluberrimi panis relicti, quisquillas vorant in domo meretriciâ malit edere, quam cum Abraham, Isaac et Jacob recumbere, et sanctorum epulis interesse!

VERS. 21-25.—INRETRIT EUM MULTIS SERMONIBUS, ET BLANDITUS LABORUM PERTRAXIT EUM. (Hebr.: *Declinare fecit illum per multitudinem dulcis sermonis, blanditiis laborum suorum impulit eum*. STATIM EAM SEQUITUR QUASI BOS DUCTUS AD VICTIMAM, ET QUASI AGNUS LASCIVENS ET IGNORANS. ET NESCIIT QUÒD AD VINCULA STULTIUS TRAHATUR (2). (Hebr.: *Vadit post eam subito, ut*

(1) Sic vocem hanc veritatis ex Hebræo Hieronymus Psalm. 81, 3, in versione ex Greco, *noentiam*. Et eodem modo hic interpretatur Ahen Esra. Proprius verò est esse à *אָרָא* *supplare*, et significari *tempus supplatum*, sive *certum, conditum, constitutum*. Hoc dicit meretrix, ne adulter deprehendi metuat. (Grotius.)

(2) C'est là le triomphe du démon, de lier les hommes, non par des chaînes extérieures, mais par leur volonté même possédée du vice: il leur ôte alors l'usage de la raison éclairée de la foi, et il les jette dans un aveuglement aussi malheureux qu'il est criminel. Ils sont semblables, dit le Sage, à un âne, qui se jonne lorsqu'on va l'égorger. C'est l'état du pécheur, que saint Prosper décrit en ces termes: L'âme abandonnée à un péché est tellement égarée, qu'elle aime à même son égarement; elle s'empoisonne avec plaisir, et elle trouve des délices dans ce qui la tue. Tantum nocet error,

bos ad victimam veniet, et sicut compes ad castigationem stulti.) DONEC TRANSFIGAT SAGITTA JECUR EJUS, VELUT SI AVIS FESTINAT AD LAQUEUM, ET NESCIIT QUÒD DE PERICULO ANIMÆ ILLIUS AGITUR. Tandem hujus seu rei geste, seu exempli causâ conficte narrationis finem et exitum vide. Stolidus juvenis qui otiosus et sine obscuro luce per vicos obambulat, posteaquam ad hunc modum est illectus, et tractus ad crimen, summâ videlicet voluptate cum securitate propositâ et solitudine, propriæ voluntatis compos vix esse potest. Persuasus igitur et impulsus hujus mulieris adulterè blanditiis, nihil respondet, nihil causetur, nec parentum nec Dei timorem ob oculos habens, non corporis sui, non animi damnum; subito sequitur, specie ad delicias invitatus, reverè autem ad interitum. Velut bos, qui non novit quando ad prætere, quando ad macellum ducitur; putat, inquam, se ad lautum convivium, ad molitium cubilis ire, reverè autem ad mortem trahitur, vel temporalem, quæ frequenter mœchis infligitur, vel ad mortem animæ festinat, et velut stultus et ignarus ad compedes trahitur, non amplius liber aut sui juris futurus. Quod nos habemus: *Nescit quòd stultus ad vincula trahatur*. In Hebræo legitur cum litterâ similitudinis: *Et velut compes ad castigationem stulti*. Et sunt qui nullam differentiam ponant inter duas illas similitudines, nempe *sicut bos ad victimam, et sicut stultus ad compedes*, quia neuter potest exitus rei cogitare, neque hos mortem, neque stultus castigationis acerbilitatem videt; vel est sensus similitudinis, quòd subito sequatur: Ignarus periculi, ignarus se ad mortem trahi, et non ire ad convivium, sed duci ut stultus ad vincula. In Hebræo clausula illa, *et sicut compes ad castigationem stulti*, sensum efficit obscurem, cum nec precedentibus nec sequentibus videatur coherere. Abraham filius Ezra sic locum explicat, non quasi similitudinem novam afferret Salomon, sed quasi per epiphonema clauderet narrationem, ad hunc modum subaudiendo quædam: Sicut ad compedem sine vincula venit, hoc est, molestè et cum difficultate, sic ad disciplinam stultus venit. Commentarii Hebræi locum exponunt per figuram quam Greci vocant *ὄρεσις ὑπερέχει*, quæ etiam Hebræis est frequens; et erit sensus juxta verborum ordinem immutatum, videlicet: Sicut stultus venit ad castigationem compedum, qui nihil aliud quam jecur cum compedibus constrigitur. Aliter: Stultus qui rectam virtutum viam negligit, et suo more pro libidine vivit, venit tandem ad vincula et carceres, penasque dabit suæ stultitiæ, quamvis ille nihil minus à principio cogitavit. Idem usque venit huic juveni. Sequens versiculus: *Donec transfigat cor, vel jecur illius sagitta*, à principio prioris versiculi pendet, videlicet: *Ibit post eam sicut bos ad mactationem, et sicut stultus ad compedes, donec sagitta transfigat jecur ejus*. Quod exponunt Hebræi de plag mortiferâ, quam maritus mulieris indiget illi, ut certa mors et repentina sequatur, ac si sagitta transfigeret cor illius. Alii referunt ad clausulam proximè præce-

Ut jinet errare; et veteris contagia morbi Tam blandè obrepunt, ut quo langueret ametur. (Sacy.)

dentem; nempè, stultus toties venit ad compedes, donec tandem sagitta transfigat jecur ejus, hoc est, donec tandem morietur. Aliter, ut ad sequentia referatur: sicut avis festinat ad laqueum, donec tandem sagitta transfigat cor illius, et ad laqueum, hoc est, ad escam sub laqueo. Porrò juxta hunc sensum ultima clausula, nempè: *Et non nocet quod de vitâ illius sit*, ad omnes tres similitudines, et ad juvenem referatur, ad hunc modum: Ut bos non novit quod de vitâ sua agitur, ut stultus ductus ad compedes non novit quod de vitâ sua agitur, denique ut avis festinans ad laqueum non novit quod de vitâ sua agitur, ita neque iste adolescens novit tractus amore mulieris adulteræ, nequam facturam animæ suæ faciat. Non novit se rectè tendere ad mortem animæ suæ; ut corporalem mortem evadat, quam frequenter subeunt adulteri. Quæ sequuntur obscuris indicant non fuisse non gestam, nec Salomonem conspexisse oculis corporeis, neque advivisse hujusmodi verba, sed monitionem esse in genere positam: quæ muliercularum impudentiam depingit, et suo filio ponit ob oculos frandes quibus ut solent adversus incautos et imprudentes juvenes; quantum denique sit nefas, vel ullam familiaritatem cum hujusmodi inire, usque adeo ut vel per eorum incidere plateam, aut propè ædes accessisse, sit periculosum, ut sequitur:

VERS. 24-27. — NUNC ERGO, FILII, AUDITE, ET ATTENDE VERBA ORIS MEI. NE ABSTRAHATUR IN VIIS ILLIUS MENS TUA, NEQUE DECIPIARIS SEMITIS ILLIUS. (Hebr.: *Non declinabit ad vias illius cor tuum, neque errabis in semitis illius.*) MELIOS ENIM VULNERATOS DEJECIT, ET FORTISSIMI QUOQUE INTERFECTI SUNT AD EA. VLE INFERI DOMUS EJUS PENETRANTES INTERIORA MORTIS. (Hebr.: *Vie inferni domus illius descendentes ad cubicula mortis.*) HAUD ITA MULTUM REFERT QUOD IN HEBRÆO LEGATUR: *Nunc, filii, audite me, et summa diligentia verbis oris mei attendite.* Unius

CAPUT VIII.

1. Numquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam?
2. In summis excelsisque verticibus supra viam, in mediis semitis stans,
3. Juxta portas civitatis, in ipsis foribus, loquitur, dicens:
4. O viri, ad vos clamito: et vox mea ad filios hominum.
5. Intelligite, parvuli, astutiam: et insipientes, animadvertite.
6. Audite: quoniam de rebus magnis locutura sum: et aperientur labia mea, ut recta prædicent.
7. Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.
8. Justi sunt omnes sermones mei: non est in eis pravum quid, neque perversum;
9. Recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam.
10. Accipite disciplinam meam, et non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligite.
11. Melior est enim sapientia cunctis pretiosis-

exemplum propositi, quo teipsum velut in speculo tuearis; non est quod tuis viribus fidas, aut constantiam, imò procul fugiendum est si velis esse tatus (*Engite, inquit, fornicationem, 1 Cor. 6*): ne flectat cor tuum ad vias quibus incedit, ne forte factus obivus non poteris resistere sermonibus et blanditiis illius; imò potius quàm longissimè circumibis, ab instituto itinere deflecte, quasi errares in plateis civitatis, ne incidas in semitas illius adulteræ; vel, ne erraveris, nam si cor tuum declinat ad vias, hoc est, ad ullam ex iis hujus adulteræ, plurimum erraveris. Nam illa plurimos graviter vulneratos prostravit, non hunc solum de quo locutus sum, quem tu fortassis putas tam facile persuasum et victum, quòd imbecillis esset et parùm constans: imò omnes, hoc est, plurimè, et ingens numerus robustissimorum virorum, fuerunt ab eis interfecti et ad inferos dejecti; non enim est via magis compendiosa ad infernum et gehennam, quàm illa quæ ducit ad domum hujus mulieris. Sic igitur existima te; si petas illius ædes, rectè ad infernum tendere; si illius cubile, quod omnia aromata redolet, adire pergas, te eadem operè descendere ad cameras mortis (ut est in Hebræo), æternæ supplicii. Quare si corporis jacturam et periculum non times, at saltem animæ mortem et interitum formidans, omnem fornicationem, adulterium, et illicitum concubitum fuge. Non sine causâ vehementer laborat Salomon in principio sui libelli, ut filium adhuc innocentem ad amorem castitatis pertrahat; haud ignarus quanta mala ex luxu et libidine huic extat perveniunt. Quòd si de spiritali fornicatione locum intelligere malis, semel copulatus es Christo, et illius corporis, nempè Ecclesiæ, factus es membrum. Tollens membra Christi, faciens membra meretricis, damnate secte videlicet, abest. Porrò ad reliquos sensus ex præcedentibus facilis erit loci applicatio; nos ad sequentia properamus.

CHAPITRE VIII.

1. La sagesse ne crie-t-elle pas, et la prudence ne fait-elle pas entendre sa voix?
2. Elle se tient le long du chemin, sur les lieux les plus hauts et les plus élevés, elle se met au milieu des sentiers,
3. Près des portes à l'entrée de la ville, et elle parle en ces termes:
4. C'est à vous, ô hommes, que je crie; et c'est aux enfants des hommes que ma voix s'adresse.
5. Vous, imprudents, apprenez ce que c'est que la sagesse; et vous, insensés, rentrez en vous-mêmes.
6. Écoutez-moi, car je vais vous dire de grandes choses; et mes lèvres s'ouvriront pour annoncer la justice.
7. Ma bouche publiera la vérité; mes lèvres détestent l'impie.
8. Tous mes discours sont justes; ils n'ont rien de mauvais ni de corrompu.
9. Ils sont pleins de droiture pour ceux qui sont intelligents, et ils sont équitables pour ceux qui ont trouvé la science.
10. Recevez avec plus de joie que de l'argent les instructions que je vous donne, et préférez la doctrine à l'or;
11. Car la sagesse est plus estimable que ce qu'il

mis: et omne desiderabile ei non potest comparari.

12. Ego sapientia habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus.

13. Timor Domini odit malum; arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor.

14. Meum est consilium et æquitas; mea est prudentia, mea est fortitudo.

15. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt;

16. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.

17. Ego diligentes me diligo, et qui manè vigilant ad me, inveniunt me.

18. Molum sunt divitiæ et gloria, opes superbiæ et justitiæ.

19. Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretioso; et geminaria mea, argento electo.

20. In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii:

21. Ut ditem diligentes me, et thesaurorum eorum repleam.

22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio:

23. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret.

24. Nonndum erant abyssus, et ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant:

25. Necdum montes gravi mole constiterant; ante colles ego parturiebar:

26. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ;

27. Quando preparabat cælos, aderam; quando certè lege et gyro vallabat abyssos:

28. Quando æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum:

29. Quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suas: quando appendebat fundamenta terræ;

30. Cum eo eram cuncta componens; et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore,

31. Ludens in orbem terrarum; et delicia mea, esse cum filiis hominum.

32. Nunc ergo, filii, audite me; beati qui custodiunt vias meas.

33. Audite disciplinam: et estote sapientes, et nolite abjicere eam.

34. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei.

35. Qui me invenierit, inveniit vitam, et hauriet salutem à Domino.

36. Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam; omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1, 2, 3. — NUNC QUID NON SAPIENTIA CLAMITAT (1),

(1) Nominè sapientia accipit cognitionem Dei, quam habemus ex verbo Dei. Per prudentiam verbè accipit cognitionem quæ facta Dei et judicium ejus cognoscuntur. Hebræi tamen exponunt hic sapientiam pro *veris sapientibus*, qui homines vocant ad sapientiam legis, idque in locis publicis, ut nemo sit qui se abscondat à

ys a de plus précieux; et tout ce qu'on désire le plus, ne peut lui être comparé.

12. Moi, la sagesse, j'habite dans le conseil, et je me trouve présente parmi les pensées judicieuses.

13. La crainte du Seigneur hait le mal. Je deteste l'insolence et l'orgueil, la vie corrompue et la langue double.

14. C'est de moi que vient le conseil et l'équité; c'est de moi que vient la prudence et la force.

15. Les rois regnent par moi, et c'est par moi que les législateurs ordonnent ce qui est juste.

16. Les princes commandent par moi; et c'est par moi que ceux qui sont puissants rendent la justice.

17. J'aime ceux qui m'aiment, et ceux qui veillent dès le matin pour me chercher me trouveront.

18. Les richesses et la gloire sont avec moi, la magnificence et la justice.

19. Car les fruits que je porte sont plus estimables que l'or et que les pierres précieuses; et ce qui vient de moi vaut mieux que l'argent le plus pur;

20. Je marche dans les voies de la justice, au milieu des sentiers de la prudence;

21. Pour enrichir ceux qui m'aiment, et pour remplir leurs trésors.

22. Le Seigneur m'a possédée au commencement de ses voies; avant qu'il eût créé aucune chose, j'étais dès lors;

23. J'ai été établie dès l'éternité et dès le commencement, avant que la terre fût créée.

24. Les abîmes n'étaient pas encore, et déjà j'étais conçue; les fontaines n'étaient pas encore sorties de la terre;

25. La pesante masse des montagnes n'était pas encore formée; j'étais enfantée avant les collines.

26. Il n'avait point encore créé la terre, ni les fleuves, ni affermé le monde sur ses pôles.

27. Lorsqu'il préparait les cieux, j'étais présente, lorsqu'il environnait les abîmes de leurs bornes, et qu'il leur prescrivait une loi inviolable;

28. Lorsqu'il affermissait l'air au-dessus de la terre, et qu'il dispensait dans leur équilibre les eaux des fontaines;

29. Lorsqu'il renfermait la mer dans ses limites, et qu'il imposait une loi aux eaux, afin qu'elles ne passassent point leurs bornes; lorsqu'il posait les fondements de la terre;

30. J'étais avec lui, et je réglais toute chose; j'étais chaque jour dans les délices, me jouant sans cesse devant lui;

31. Me jouant dans le monde, et trouvant mes délices à être avec les enfants des hommes.

32. Écoutez-moi donc maintenant, mes enfants; heureux ceux qui gardent mes voies!

33. Écoutez mes instructions, soyez sages, et ne les rejetez point.

34. Heureux celui qui m'écoute, qui veille tous les jours à l'entrée de ma maison, et qui se tient à ma porte;

35. Celui qui m'aura trouvée, trouvera la vie, et il puiera le salut de la bonté du Seigneur;

36. Mais celui qui péchera contre moi, blessera son âme; tous ceux qui me haïssent, aiment la mort.

ET PRUDENTIA DAT VOCEM SUAM? IN SUMMIS EXCELSISQUE

locis ejus et excelsis habet. Extollit autem Sapiens Dei sapientiam in septem: 1° Est *ins. quis*, et longè excellit sapientiam hominum, sicut principes vulgares excellent homines. 2° Est *recta*, per rectam ducens viam. 3° Est *vera*, nullum habens admixtum errorem. 4° Quietum reddi hominis animum. 5° la